



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Umbræ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,
Regalesque accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis, cum fumida lumine fulvo
Involve, ac totis Vulcanum spargere celtis,
Id vero horrendum, ac visa mirabile ferri,
Namque fore illustrem fama fatique caneant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.

SIGNA MILITARIA. CAP. XVII.

P. stremi
Auo versus
arguunt
gloriam
una cum
armis.
Sic Galli
Sexillum
Auriflam-
mam quo-
dam in pra-
liis culibus
praefertat.

Apud Romanos inter alia militaria signa nonnunquam & flammulas rufas invenio gestari solitas, fuisseque flammam prosperi eventus signum ubique legas: veluti pugna quam Romani cum Sabinis ad Heretum commiserunt, ubi ferunt militares Romanorum hastas ad altam noctem pertinaciter ardere visas, nec, cum omnia consumat flamma, ex iis quicquam esse detritum: quo facti audientiores, veluti Deorum aliquis victoriam pollicitus esset, ubi primum illuxit in Sabinos illati, qui multitudine longe praestabant, insigni eos victoria profligarunt.

UMBRÆ. CAP. XVIII.

Hinc etiam superstitibus animis umbrarum nomen, quia fumus adhuc vel torri carbonibus pertinaciter inhærescens, diutius vaporat, nutrimento adhuc residuo. Vulgo enim creditur eorum diutius errare animas, qui ante diem violenter occubuerint. Quare ita Dido Maroniana mi-

En. lib. 4.

— Sequar artis ignibus absens,
Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus umbra loci adero.

MULIERIS AMOR. CAP. XIX.

Amor in-
constans.

Apud Onirocritas legere est lucernam ardentem esse mulieris signum. quæ sit amore capta, prople-
flatus impulsu extingui potest.

LUCUBRATIO. CAP. XX.

Meminit
Varro l. 1.
de ling. Lat.
Hinc & dicitur
Lucernam
olere.

Vulgatissimum vero est lucernam pro lucubrationibus ponere, unde Demosthenis illæ ac Aristophanis Grammatici, & Cleanthis lucernæ celebratissimæ, atque illa Epicteti tam frequenter à nostris & à Græcis authoribus decantata, ut nulla apud omnes celebrior, nulla pretiosior habeatur. Sane quidem à Pythea objectum Demostheni quod ejus enthymemata lucernam olerent: quippe quod is nihil ex tempore diceret, sed meditatione & vigiliis singula elucubraret: neque segnis in respondendo Demosthenes, qui non eodem pretio sibi & illi conitare lucernam subjecerit, nocturna scilicet illi convivium exprobrans, quibus ille plus indulgeret, quam Demosthenes studio. Æschines quoque nimiam hanc hominis diligentiam incessans, λογογεγῆτον eum appellat, sive quod semper, uti dictum, ex scripto diceret: sive quod, ut nonnulli ajunt, in utriusque partis favorem aliquando scriptitaret. Unde jocus ille apud Aristoph. Irene, de lucernarum fabro, & quod omnia jam consilia sint ad lucernam consultaturi. Sed ut ad lucernam redeamus, Plato cum summi boni, qua poterat cognitionem pervestigaret, id minime explicare posse contendit, sed ex diutino contubernio, tanquam ex dixerat Propheta: *Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis.* Et, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Et, In lumine tuo videbimus lumen.* Hinc illa Esaiæ celebris adhortatio: *Illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum,* & pleraque hujusmodi de adventu JESU, qui verum & unicum est lumen. Passim vero apud hos ignis fidei symbolum est, lucerna scientiæ, quas in manibus habendas divina institutione commonemur. Et Psalmo 18. illuminandam à Deo lucernam prædicitur, ubi nonnulli interpretes per lucernam, intellectum, per tenebras corpus exponunt. Cædunt vero tenebræ, ubi veræ scientiæ lumen effulserit. Quod vero pro lucubratione lucerna accipitur, in causa sunt nocturnæ vigiliæ, quæ meditationi maxime commodæ sunt, & ad excogitandum propter

Ignis fidei
symbolum.
Demosthe-
nes scilicet,
tam quod
descripto
diceret, tū
quod dicitur
quod dicitur
absentius.
Val etiam
dicitur sapi-
a. do,